



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quest. 1. Quomodo non faciat iniuriam?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 13

At ille respondens uni eorum, di-
xit: amice non facio tibi iniuriam,
nonne ex denario conuenisti me-
cum?

QVÆSTIO I.

Quomodo non faciat iniuriam?

11. **B**landè paterfamilias appellat murmurantem:
Βραδύς socium, amicū appellat: quamvis
etiam ignotis ita appellare consueverunt, ciuilitate
& p̄sumptioe amicitiae: Eodem modo Syri
כֹּחָבִיר *chabir*, quod socium, & adhærentem significat.
Dare autem se id, de quo conueniunt est, proficitur,
δίδωμι *diomai* *diomai*, inquit, *conueniſſi* mecum. Sancta
ita facta nostra. Iniquum est pactum nostrum
relindecima in alios liberalitate, ita in alios benignus
esse rolo, vt non præiudicem libertati meæ, vt non
acquiras ultra exigendi vltra conditum, quia aliis do-
no sup̄armentum. Non difficitur paterfamilias ha-
bentis iustitiam esse, quod præstitit, iniuriam fore si
denarium meritis neget, non tamen plus dēario de-
bere contestatur. Non igitur dando quod conuenit,
inimulſeſt, nec operis primorum oblitus est, sed eorū
sententia stetit, satis illi esse denarium antea iudicant,
nec plura, nisi visa in alios benignitate peti-
tissent. Ita Origenes, Hilarius, Gregorius, glossa in
hunc locum, & D. Thom. in catena.

Ita & Augustinus sermon. 69. de verb. Domini:
Sedulo non facio tibi iniuriam: hoc est, te non fraudau-
im, non placuit, reddidisti tibi: Frandum tibi non feci, quicquid
paui tibi, reddidi tibi. Huic non volo reddere, sed donare.
Non licet mihi facere quod volo de meo? an oculus tuus ne-
gavit, et quis ego bonus sum, si alicui tollerem alium, recte
respondendum est, quisi fraudator & negator alieni, cum vero de-
bitum reddo, & cui volo etiam dono, nec cui debebam potest
me reprehendere, & cui donauit, debet amplius gaudere. Non
enim quod responderetur: & aequati sunt omnes, & facti sunt
nouissimi primi, & primi nouissimi, quia tantundem acce-
perunt & primi & nouissimi.

§. 2. Mercedem vero, quæ ex pacto datur, etiam
ex merito dari, nam datur *cu* & *gratia* existit; satis
constat, doctore Bellarmin. lib. 2. cap. 14. de gratia
& lib. arbitrio. & lib. 4. cap. 9. Mercedem vero iusti
est pendere ex gratuito promisso, & gratia. Augustin.
de gratia & libero arbitrio. cap. 4. *Sed merendum est, ne
gloriamus divina testimonia, & quæcumque alia sunt, qua sibi
substantione sunt plurima, in defensione liberi arbitris fide
recte agitur, vs ad vitam piam & bonam conuersationem,
et merces æterna redditur, adiutorio & gratia Dei locus non
requiritur;* & deinde miser homo quando bene viuit & be-
ne operatur, vel potius bene viuere & bene operari sibi vide-
tur, in seipso & non in Domino gloriari, & spern recte viuendi
in seipso ponere, vs sequatur vnum maledictum Hieremie Pro-
phetæ dicentis : Maledictus homo, qui spem habet in homi-
ne, & firmat carnem brachii sui, & a Domino discedit cor-
dine.

Atque hæc sententia omnium Catholicorum lib-
berum arbitrium cum gratiæ adiutorio coniungen-
tium.

Porro iniqua fuit querela murmurantium, quam
ex gratia rogare poterant, ut daretur amplius. Una
tena, inquit, fecerunt, ἐποίησαν, nempe τὸ ἔργον, opus:
more Hebræo יָבִיטוּ ghabedu, operati sunt. Et p. 761
Adami Conzen in Enang. Tom. I.

illos nobis fecisti, qui tulimus pondus diei, & astum. Non queruntur tibi sua non data, sed cæteris data paria. Quod enim fati esse putauerant, in comparatione aliena mercedis, vtexigum contemnunt. Humana cupiditatis affectus, maxime si accendat invidentia, non satiatur, non acquiescit. Plus petunt, dum plus sperant.

S. 3. Non erit in beatis extremio die aut murmur,
aut oculus malus, nulla invidia, nulla æmulatio, Deo
omnia supra omne meritum remuneranti nemo, ne
damnatorum quidem, obstrept. Hoc autem exem-
plo ostenditur: Tantam fore, tamque inopinam in-
premiorem diuersitate remunerationis admiratio-
nem, vt si querela locum haberet, id dicturi essent,
qui minus expectatione accipiunt; aliorum inquam
non sua. De se enim modestissime quisque sentiet.
Videbunt enim abiectos aliquos, alios de quorum
virtute nulla fuit exultatio, præferri multis, quo-
rum in Ecclesia fuere magni labores, & viles. Multa
eiusmodi exempla passim recentent historiar, inigne
est, quod de Alexandro Carbonario Nyslenus narrat.
Mittitur, inquit in vita Gregorii Thaumaturgi, ad eum
legatio, quadam ciuitate finitima, vt ad ipsos veniret, ac per
sacerdotium Ecclesiam apud eos constitueret. Cum ana autem
ciuitatis nomen erat, cuius vt hospes magnus ille vir esse vellet,
passim omnes hanc sibi fieri gratiam deposcebant. Cum ergo
ad ipsos venisset & dies aliquot degisset, suisque tum factis tum
dictis magis eorum ad mysterium cupiditate accendisset; ac
iam tempus esset, vt eorum quoque legatio ad finem perueni-
ret, & designaretur aliquis ipsorum Ecclesia antistes: tunc præ-
cipiti quisque de magistratu in hoc occupati erant, vt curiose
inquirerent ac sciscitarentur, quæ eloquentia, qui genere re-
liquoque vita splendore ceteros excellere viderentur. Existi-
mabant enim, quoniam etiam hīs ornamentis magnus Grego-
rius umulatus erat: nec illorum quidem oportere expertem esse
eum qui ad hoc munus perueniret. Cum autem in multis par-
tes suffragii scinderentur, & alii alium in electione preferen-
tes; expectabat vir ille magnus aliquod sibi diuinitus dari con-
siliū ad id, quod erat propositum. Et quemadmodum Sal-
muel in iudicio eligendi Regis, ferit non esse admiratus pul-
chritudinem ac magnitudinem corporum; sed animum re-
giū requisuisse, etiamsi in vili ac contempto corpore forte
reperirentur: eodem quoque modo ille, studiis singularum, qui
per suffragia destinabantur neglectis id vnum solum spectabat
an aliquis etiam antequam renunciaretur industria vitæ &
virtutis in moribus sacerdotium ferret: Cum autem illi qui-
dem eos quibus sua dederant suffragia cum laudationibus ad-
ducerent, vni quisque eum qui ad se elebatur producens: ille
vero, vt etiam vtiliorum, quod ad vltimæ speciem attinet, ratio-
nem haberet, ei iuberet: fieri enim posse, vt etiam in talibus
reperiatur aliquis, qui animi bonis antecelleret eos, qui vitæ
splendore præstant: quidam ex iis, qui præerant suffragiis
ferendis, hanc magni Gregi sententiam, pro derisione reputa-
bat; si ex iis, qui dicendi facultate & dignitate, & manifeste
vitæ testimonio prælati sunt aliis, nullo ad sacerdotium ad-
misso, & ex illiberilibus ac mechanicis, fordidisque artibus ad
eiusmodi munus aliqui digniores existimarentur; & simul i-
ronice ad eum loquens: si hoc, inquit iuber, vt ii qui sunt eius-
modi, & a tua ciuitate delecti despiciantur, atque ex quiqui-
lis assumantur, tempus fuerit, ad sacerdotium vocare Alexan-
driū Carbonarium.

Sic iudicabant seniores & optimates ciuitatis.
 ὅγε, inquit, οὗτοι λοιποὶ τὸν ἀνδραγαθὸν καλεῖν ὄντι τῷ
 ἡρώδῃ τῷ Ἀλεξανδρῶν. Hora tibi est Carboianum ad sa-
 cerdotium vocandis Alexandrum. Deinde cum risu in
 medium producitur. Hæc talia innumera in extrema
 die contingunt, quia alia sunt Dei iudicia, alia homi-
 num.

§. 9. Liberum arbitrium merces promissa confirmat, licet non est liberum arbitrium ferentis pon-

Liberum arbitrium mortali capax.

dus diei & æstus, non magis operario, quam rastro aut farculo merces debetur. Vbi est enim sine iudicio & voluntate libere agente labor, non potest dari præmium. Nec aratro quisquam agriculturæ mercedem perfoluit, atteritur enim & perit: Pacisci non nisi cum liberis operis Deus potest: apud quem enim non est suæ voluntatis arbitrium, is nec obligare se potest, nec alterius promissionem accipere. Vñus est hoc argumento Hieronymus Tom. 3. Epist. ad Damasum, vt probaret arbitrii libertatem. Merces enim promittitur, vt liberam voluntatem alliciat; nec enim in necessario agentibus locum habet, vel promissio, vel minæ.

Manichæorum autem est liberum damnare arbitrium. Hominum damnare naturam, liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere, vt in præmio aduersus Pelagianos idem Hieronymus.

Opera ad salutem necessaria.

§. 6. Eadem pactio etiam demonstrat bona opera ad salutem necessaria, eamque non dari, nisi operum conditione expleta. Denarius enim ex pacto conuenito datur, & datur illis, qui pertulerunt pondus diei, & æstus. Datur & illis, qui vna hora laborarunt; non datur tamen ociosis, sed qui *ἐργάζονται*, qui opus ruri fecerunt. Datur supra quam iustum est, sed datur tamen aliqua pars quam non dare iniustum esset; nempe pars duodecima denarii, quam ex proportionem meriti videbantur. Solatque illa parabola ad impiam & perniciosissimam hæresin confutandam sufficit, cum tota eo dirigatur, vt ostendat, nos à Deo promissione mercedis ad laborem vocari, & operatis iustam mercedem rependi. Est quidem gratuitus amoris Deo seruire, sed quia tamen se ipse mercedem esse demonstrat, non est vilis mercenarii, sed ingenui filii, eò per labores tendere, vt in patris conspectum complexumque perueniat, patre frui-
tur.

VERSVS 14. & 15.

Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

QUESTIO I.

Cur dare vult postremo, quod & primo?

Paterfamilias suo iure usus.

§. 1. Paterfamilias vir grauis, & opulentus, vt qui per æconomum soluat operariis, decorum seruat; non enim cum operariis contendit: Ius suum, libertatemque in erogatione mercedis tuetur. Causam non adfert, cur pares faciat, quorum tam impar fuisse labor videbatur. Itaque non arguit priores negligentiam, aut culpam alicuius, nec vnus horum laborem præfert totius diei æramnis: si enim hoc faceret, de suo iure cederet, & respondendi occasionem præberet: suas enim operas carè quisque æstimat: & suam industriam ignauissimus præcipue vendit. Merito autem ita respondet; nam murmurator iniuriam inferebat, cum plus petit, quam erat conuentum, & indicat iniuste de aliena liberalitate. Itaque satis illi erat, ostendere se iniuriam nulli facere, sed ab iniquo tricone, & appellatore acci-

pere. Statuendum tamen est, paterfamilias iustum fuisse causam, cur in postremos, potius, quam primos munificentia vti voluerit, sed cur rationes illas operario proponeret, nulla causa fuit. Itaque ius suum allegat. *Non licet mihi facere quod volo?* Quæ additur: *ἐν τοῖς ἑσπέραις, in meis.* Syrus, de illis que ad me pertinent. Legit etiam ita Augustin. sermon. 39. Franciscus Lucas putat addendum, Zegerus omittendum existimat; Correcta omittunt: quod signum à melioribus libris abfuisse: & ex glossa iteplisse, sic in Græco etiam varie legitur illud: *conuenisti mecum, & vnde φωνήσας μοι, in aliis est & vnde φωνήσας μοι, Conuenisti mecum.*

§. 2. Ioannes Piscator Caluinius, Deum iustitiam dæis promississe mercedem ex propriis meritis dictum. At non alio modo illis, alio nobis promissa est salus. Illi gratuitam peccatorum remissionem per baptismum in mediatorum, sunt consecuti, sicut & nos. Quemadmodum Abraham pater omnium credentium iustificatus est, & saluatus, ita ceteri omnes. Ille fide sine operibus legis, fide & operibus gratiæ saluus factus est. Cum iustus fuit, fide & operibus meruit vitam æternam, gratiæque augmentum.

§. 3. Qui ex vno denario omnium in cælo præmiorum æqualitatem colligunt, scripturis contradicunt. Nam in domo patris nostri mansiones multæ sunt. Ioan. 14. 1. Corinth. 15. *Alia est enim claritas Solis, alia claritas Lune, alia claritas stellarum, & differt stella à stella in claritate.* Denarius igitur vnus, vna est vita æterna, Dei vñus, fructio, omnes stellæ sunt, omnes fulgent, omnes in cælo sunt, non omnium tamen pars est splendor, non eadem eminentia. Ita Ambrosius Epistol. 81. Augustinus Epistol. 51. Gregorius lib. 4. Mor. cap. 42. Hieronymus tractatu contra Iovinianum pene toto.

§. 4. Ex æqualitate tamen denarii, multi mercedis æqualitatem vigent; vt quid enim primi murmurant, si non sunt pares? si singularis eminentia æque honor est datus toto die operatis? Pares non sunt, si in eadem domo alius alii sunt prælati. Supra respondendi non fore illo in loco aut tempore murmurationes, aut inuidiam, cum sit vnusquisque proximum amaturus vti seipsum. Occasio tamen murmurandi dari videbitur, more humano rem consideranti, quod multi, quarum diuturni, & ærumnolissimi, fuisse videbuntur labores, non maiora, quam alii ex paruis & breuib; accipiant præmia. Humana enim iudicia viros celebres, & in dignitate positi admittunt, eos collaudant, pauperes negligunt. Quin crebro fit, vt sanctos Episcopos, sacerdotes, principes, eremitas, quorum apud homines est magna opinio, & apud Deum vera sanctitas, crebro alicuius adolescentis, aut viduæ, quam nemo, nisi cum peteret elemosynam, norat, præmia superent. Exemplum de Carbonario Alexandro attuli, aliud de Dorotheo refert Alphonsus Rodericus tractat. 5. cap. 1. exercitii religiosi. Vbi serio murmurant, sed à Deo tamen melius instituti quiescunt.

Hactenus ergo pares sunt, vt omnes sint beati, & in æternum beati, clarà Dei visione, & amore. Nec maioris aut minoris gloriæ discrimina faciunt operæ duratione, sed contentio animi, feruoris, & caritatis magnitudo, quæ fit, vt vnicò actu, ac breuissimo aliorum mercedis, diocritas æquetur. Paritas igitur est præmii, vbi omnium rerum est æqualitas, temporis, laboris, caritatis, alacritatis, si aliquid horum sit in æquale, etiam similitudine erit imparitas mercedis. Quemadmodum in itinere